nem dederit, vel promiſerit: ex ſua liberalitate hoc feciſſe intelligi, debito in ſua figura remanente. Neque enim leges incognitæ ſunt, quibus cautum eſt, omnino paternum [1] eſſe officium, dotem vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie. Liberalitas itaque talis remaneat vera & irrevocabilis [2], ut puro nomine & liberalitas & debitum ſuam ſequantur fortunam. † Ubi [3] autem ex rebus tam ſuis, quam maternis, vel aliis, quæ non acquiruntur: vel ex ſuis debitis dixerit ſe feciſſe hujuſmodi liberalitates: tunc ſi quidem penitus inopia tentus eſt, ex illis videri rebus dotem vel ante nuptias donationem eſſe datam, quæ ad filios vel filias pertinent. Si vero & ipſe ſubſtantiam idoneam poſſidet, in hoc caſu quaſi de ſuo patrimonio dotem, vel ante nuptias donationem dediſſe intelligatur. Poterat enim ſecundum ſuas vires dotem pro filia, vel ante nuptias donationem pro filio dare: & conſentire filiis ſuis, quando voluerint partem, vel forte totam ſuam ſubſtantiam, quam habent, paternæ liberalitati pro dote, vel ante nuptias donatione aggregare: ut revera [4] appareat quid ipſe velit dare, & quid de ſubſtantia filiorum proficiſcatur: ne dum effuſo ſermone ſeſe jactet, in promptum incidat ſui periculum. Dat. Kal. Novemb. LAMPADIO & ORESTE, CONSS. 530.

TIT. XII.

DE [5] JURE [6] DOTIUM [7].

De evictione & de dolo.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Nicephoro.

EVicta [8] re, quæ fuerat in dotem data, ſi pollicitatio [9] vel promiſſio fuerit interpoſita: gener contra ſocerum vel mulierem, ſeu heredes eorum [10], condictione, vel ex ſtipulatione agere poteſt. † Sin autem nulla pollicitatio, vel promiſſio interceſſerit: poſt evictionem ejus, ſi quidem res æſtimata [11] fuerit, ex empto competit actio. [Sin vero hoc non eſt factum: ſi quidem bona [12] fide eadem res in dotem data eſt, nulla marito competit actio.] Dolo autem dantis interpoſito, de dolo actio adverſus eum locum habebit: niſi a muliere dolus interpoſitus ſit: tunc enim, ne famoſa actio adverſus eam detur, in factum actio competit. P. P. Data Kalend. Auguſt. MUTIANO & FABIANO CONSS. 202.

De eo, qui ſtipulatus eſt dotem ſibi reddi.

2. Imp. ANTONINUS A. Alluviadi.

SI ſtipulatio *de reſtituenda portione dotis datæ* ſubjecta eſt, conditioque [13] ejus extitit: habet ex ea actionem is, in cujus perſonam utiliter concepta commiſſaque eſt: Secundum quod ſi Polla ſoror tua de reſtituenda ſibi parte dotis habet actionem, eo quod mater veſtra donandi animo paſſa eſt partem dimidiam dotis poſt obitum matris filiam ſtipulari: metuere [14] non debet doli exceptionem, quod matri ſuæ, quæ pactum interpoſuit, heres ex minore quam dimidia portione extitit: niſi liquido probatum fuerit, matrem ejus mutaſſe [15] dotis pacti voluntatem, contentamque eſſe [voluiſſe] filiam [ſuam] pro portione hereditatis prælegationibus, maritumque ſuum [16] exactione liberari voluiſſe. P. P. Dat. 3. Kal. Auguſt. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De manumiſſione ſervi dotalis.

3. Imp. ALEXAND. A. Euphemio.

ETſi dotis exactio [17], defuncta in matrimonio filia, potuiſſet ad patrem pertinere: dotalibus tamen ſervis maritus [18] teſtamento directam & fideicommiſſam libertatem jure dedit, & præſtita revocari non debuit: cum & inter vivos manumittendi mancipia dotalia conſtante matrimonio, liberam habeat maritus facultatem. P. P. 6. Id. Decemb. ANTONINO & ALEXANDRO CONSS. 223.

De univerſis bonis mulieris.

4. Idem A. Valenti.

NUlla [19] lege prohibitum [20] eſt, univerſa [21] bona in dotem marito fœminam dare. P. P. 4. Id. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De æſtimatione.

5. Idem A. Statiæ.

QUotiens res [22] æſtimatæ [23] in dotem dantur: maritus dominium conſecutus, ſummæ veluti pretii debitor efficitur. Si itaque non convenit, *ut ſoluto matrimonio reſtituerentur*, & jure æſtimatæ ſunt: retinebit eas, ſi pecuniam tibi offerat. Dat. 3. Id. April. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De nudo pacto.

6. Imp. MAXIMINUS A. Sulpitio.

AVia tua eorum, quæ pro filia tua in dotem dedit, etſi verborum obligatio non interceſſit, actionem ex fide conventionis ad te, ſi heres extitiſti, tranſmittere potuit. Nec [24] in eadem cauſa eſt patris & matris paciſcentium: quippe matris pactum actionem præſcriptis verbis conſtituit: patris dotis actionem proficiſci nomine competentem conventione ſimplici minime creditur innovare. Dat. 3. Id. Febr. MAXIMINO A. & AFRICANO CONSS. 237.

De parente, qui ex intervallo ſtipulatus eſt.

7. Imp. GORDIANUS A. Marco.

CUm a ſocero tuo pro uxore dos tibi daretur, ſi ea in ſtipulationem deducta non eſt ſub tempore dationis, ſed poſtea: ſocer tuus tecum paciſcendo, ſi id non ex voluntate filiæ ſuæ fecit, conditionem ejus lædere [25] non potuit. Quandoque enim ſola fide dote expedienda id pactum non debere ad ſui diſpendium operari, & jure defenditur. P. P. Dat. Kalend. Octobr. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De additamentis.

8. Idem A. Agrippinæ.

ETiamſi non dotem reddi tibi ſtipulata es, ſed ea, *quæ in dotem data ſunt, ut* [26] *eam ſequerentur, vel ad ſe pertinerent, in matrimonio defuncta filia*, ſtipulata ſit: durante matrimonio ſicut in dotem actionem ex ſtipulatu videri quæſitam, æquiſſimum eſſe judicamus. Cui conſequens eſt, ut etiam [27] id [28], quod additamenti [29] cauſa in dotem datum eſt, eadem actione repetatur. P. P. Kal. Feb. SABINO & VENUSTO CONSS. 241.

Qui potiores creditores habentur.

9. Imp. DECIUS A. & C. Urbicanæ [30].

DOtis tuæ potiorem cauſam magis eſſe convenit, quam Reipublicæ cui poſtea [31] idem maritus obnoxius factus eſt. P. P. 6. Id. Jun. DECIO A. & GRATO CONSS. 251.

De æſtimatione.

10. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Ingenuo.

CUm dotem te æſtimatam [32] accepiſſe profitearis: apparet jure communi pactum quod dotali inſertum eſt, firmum [33] contractu, ex [34] empto [35] actionem eſſe. Quis enim dubitet æſtimationem [36] a te mulieri deberi, cum periculo [37] tuo res deteriores fiant, vel augmenta lucro tuo recipiantur. P. P. Dat. 8. Kal. Maji, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De rebus dotalibus direptis.

11. Iidem AA. & CC. Severæ.

DE his quæ in dotem data ac direpta [38] commemoras, mariti tui eſſe actionem, nulla eſt dubitatio. Dat. 10. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 287.

De fundo empto ex pecunia dotali.

12. Iidem AA. & CC. Rufinæ.

EX pecunia dotali fundus a marito tuo comparatus, non tibi quæritur [39], cum neque maritus uxori actionem empti poſſit acquirere: at dotis tantum actio tibi competit. Unde aditus Præſes provinciæ, ſi non [te] tranſegiſſe reperierit, ſed ex majore parte dotem conſecutam, reſiduum reſtitui providebit. Dat. 8. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 287.

Si mater res filiæ in dotem dederit.

13. Iidem AA. & CC. Catulæ & Statiæ.

SI a matre veſtra ſuperſtite aliquid ad [40] vos pertinens, in dotem ſcienti vitrico veſtro datum eſt: intelligitis nullam firmitatem juris dationem habere, ſi neque pollicitatio [1], neque ſtipulatio interceſſit. Dat. Prid. Kalend. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS. 287.

ſuis ex bonis in dubio dotare, aut donare intelligitur, non ex bonis filii, filiæve cui donat, quantumvis ipſi liberi ſint locupletes. *l.* 5. §. 12. *ff. de jure dot.* & 4. Harm. 8. *cap.* περὶ τῶν εἰς προῖκα δοθέντων. *Syn. d. l.* 1. Imo non intelligendus eſt de ſuo dotare. *l.* 43. §. 1. *ff. de admin. & peric. tut.* ſed potius animo compenſandi debiti (quod cuivis debitori, etiam patri, ſolet accidere. *l.* 22. §. 3. *in fin. ff. ſolut. matrim.*) & nomine curatorio. *l.* 34. *ff. de neg. geſt.* An id receptum eſt ideo, quod præſumatur pater ſe obligatione naturali voluiſſe liberare, ut vult Baldus? An potius, quod pater durius obligatur ex officio ſuo paterno, quod ex lege eſt, quam ex geſtione & adminiſtratione bonorum filiæ? ut ita in duriorem caſum videatur promittere & ſolvere. *l.* 4. *l.* 5. *ff. de ſolut.* ut vult Mynſing. 5. *obſ.* 32. An potius quod inter conjunctiſſimas perſonas donatio facile præſumitur? An quia dans vel promittens, in dubio intelligitur promiſiſſe de ſuo, ut vult Alciatus 1. *præſumpt.* 26. Placet ſummopere definitio Leonis *Novell.* 21. Patrem ſolum conveniri, quoties ſolus promiſerit: ſi cum filio, æqualiter teneri, niſi inæqualiter promiſerit. Alii notant patrem in dubio præſumi ſuis ex bonis dotaſſe filiam, niſi inops ſit, niſi filia legitime conſentiat, niſi pater gerat negotia filiæ, niſi pater ſit naturalis tantum: his enim caſibus præſumi, non ex propriis bonis, ſed ipſius filiæ, filiam ipſam dotare. adde Campegium *tract. de dot. part.* 1. *quæſt.* 16.

1 Paternum officium eſt, dotare filias, vel donationem propter nuptias dare. vid. quæ dixi ad *l.* 19. *in fin. ff. de ritu nupt. l.* 81. *ff. pro ſocio.* 2 Dos ſemel data revocari non poteſt. 3 Pater qui ex ſuis, & maternis filiæ bonis filiam dotat, dotis cauſa ſuo nomine tenetur, niſi ſit inops. 4 Vide Hotom. 8. *conſil.*

5 Dixi ad *lib.* 23. *ff.* 3. 6 Id eſt, cauſa, conditione, natura. 7 De dotium origine, notatione: An dos ſit quid univerſale: An dos promiſſa, vel ſoluto matrimonio, vel modica, ſit dos: vide Coſtanum *tract. de dotib. cap.* 12. An dos filiæ tantum naturali debeatur, & inhoneſte viventi: An pater filiam locupletem dotare teneatur: An dotanda ſit filia, quæ inſcio patre nupſit, vel patri ingrata fuit. vide eundem *ibid. c.* 3. Quid res extradotales, ſeu extra dotem, vel paraphernales? vide *l.* 29. *J. h. t. l.* 9. §. 3. *ff. de jur. dot.* 4. Harm. 4. *Synopſ. Baſil.* 29. *tit.* 1. 8 Vide *l.* 16. *ff. h. t.* ut hinc colligas eſſe actionem de evictione ex dote, *ut hic*, & *l. un.* §. 1. *J. de rei uxor.* eſt & ex venditione, permutatione, in ſolutum datione, adjudicatione, articulo do ut facias, *l.* 52. *ff. de evict.* ex donatione ſi ἐπ' ἀντιδόρῳ quis donaverit. *l.* 2. *Longob. de evict.* eſt & ex inveſtitura. 2. *Feud.* 8. ubi vid. *Cujac.* 9 Dictio: ita ſcriptum fuiſſe Cujacius refert ad 6. *Ulp.* cauſam dixi *l.* 6. *ſupr. de dot. promiſſ. in fin. l.* 49. *ff. de jure dot.* 10 *l.* 13. *J. h. t.* 11 Senſus legis hic eſt, Ubi conſtitutio dotis incipit a promiſſione, re evicta poteſt agi de evictione: ubi incipit a traditione, de evictione non agitur, niſi res æſtimata data ſit, vel dolus dantis, vel tradentis interceſſit. 12 *l.* 69. §. 7. *ff. de jure dot.* 13 Conditionis eventu naſcitur actio. 14 Vide *l.* 19. *ff. de reg. jur.* 15 Id enim poteſt, *l.* 72. *in fin. ff. h. t.* 16 Vide *l.* 11. *ff. de dot. prælegata.* 17 Dotis exactio an ad patrem redeat, filia in matrimonio defuncta ſuperſtitibus liberis, vide *l. dos a patre.* 4. *J. ſol. matrim.* 18 Dotalis ſervus poteſt per maritum in teſtamento, & inter vivos manumitti. *l.* 21. *ff. de manumiſſionib.* rataque ejuſmodi libertas eſt, etiamſi ſocero competat dotis exactio, filia in matrimonio defuncta. *Synopſ. Baſil.* 38. *tit.* 1. *c.* 89. 19 Permiſſa intelliguntur, quæ nulla lege prohibita ſunt. vide *l.* 7. *S. de religioſ. & ſumpt. fun.* proinde facile libertatem præſumimus. 20 Imo, prohibitum minori. *l.* 9. §. 1. *ff. de minorib.* 25. *ann. l.* 1. *S. ſi adverſ. dot.* & in fraudem alicujus liberorum. *l. unic. S. de inoff. dot.* vel prioris matrimonii. *l.* 6. *S. de ſecund. nupt.* idem dicendum ſi mulier decepta. *l.* 6. *in fin. l.* 12. §. 1. *in fin. ff. h. t.* adde Forcat. 27. *Necyom.* 21 *l.* 72. *ff. h. t.* etiam immobilia, *l.* 62. *ff. h. t. l. ult. in fin. J. ſi major fact. alien.* non ſolum præſentia, ſed & futura. Bald. *hic.* 22 Dotem æſtimatam accipiens, non res ipſas, ſed earum pretium conſequutus intelligitur. Ideoque ſoluto matrimonio non res ipſas, ſed earum æſtimationem reddere poteſt. *Synopſ. ibid. c.* 92. & 4. Harm. 8. §. 5. ſi modo nihil de electione conventum fuerit, *ut hic. l.* 10. §. *ult. ff. h. t.* 23 Vid. *l.* 10. *J. h. t.* 24 Pater dotans filiam non poteſt ſibi quærere actionem, niſi per ſtipulationem: cæteri etiam poſſunt nudo pacto, *ut hic.* Hodie videtur patri dari actio ex ſtipulatu, etiamſi nulla interpoſita ſit ſtipulatio. Nam ſtipulationes & hypothecæ ineſſe dotibus intelliguntur. *l. un.* §. 1. §. 6. *J. de rei uxor. act.* 25 Jus filiæ quæſitum facto patris, non poteſt patris facto ea non conſentiente mutari, *ut hic*, & *l.* 28. *ff. h. t. l.* 6. *J. de pact. convent. l.* 7. *ff. de pact. dot.* 26 Hinc colligunt, Senſum magis ſpectari quam verba. 27 Dotis augmentum eadem dos cenſetur, non alia & nova: hoc eſt, eandem dotem eſſe finit, non aliam efficit: ideoque velut pars dotis iiſdem privilegiis fruitur, quibus & ipſa dos; ſive lucrum ſpectes, ſive facultatem donandi filiæ, ſive hypothecæ tacitæ privilegium, ſive jus ſtipulationis interpoſitæ pro ea reddenda, ut multis notat Rol. a Valle *tract. de lucro dotis. c.* 100. 28 Dotis ſtipulatio trahitur ad augmentum dotis, *ut hic*; licet ſtipulatio ſtricte intelligi ſoleat. *l. quidquid adſtringendæ.* 99. *ff. de verb. oblig.* 29 Diſpoſitum in principali, in augmento intelligitur tacite repetitum. *Bald.* adde *l.* 26. *in princ. S. de uſur.* 30 Urbicariæ. 31 Inter fiſcum & mulierem prælatio ſumitur ex tempore. *Bald.* dicam ad *l.* 2. *J. de privil. fiſci.* 32 *l.* 5. *S. h. t.* 33 Pacta dotalia formant contractum. *l.* 1. *J. de pact. convent. l.* 7. §. 5. *ff. de pact. dot.* vide Cujac. 2. *obſ.* 15. 34 Dotem æſtimato acceptam vir tueri poteſt actione ex empto: & cur. 35 Æſtimata res ubi datur in dotem, tenetur mulier viro actione ex empto. 36 Soluto matrimonio rerum æſtimatarum pretium mulieri a marito debetur. 37 Dotis æſtimatæ periculum, & commodum maritum ſequitur. *l. un.* §. 9. *in fin. J. de rei uxor. act. l.* 51. *ff. ſolut. matrim. l.* 10. *in pr. l.* 42. *ff. de jure dot.* 4. Harm. 8. §. 1. 38 Pro rebus dotalibus direptis agit maritus non uxor. *l.* 49. *in fin. ff. de furtis.* 39 Dotalibus nummis comparatum non eſt in uxoris dominio: ſed ſi partem dotis mulier conſequuta fuerit, neque tranſegerit, de reſiduo dotis agere poterit. Quippe non debet harum rerum ita emptarum dominium vindicare. *l. ult. J. de ſervo pignor. dato. l.* 55. *in fin. ff. de donat. inter vir. & uxor. l.* 49. *in fin. ff. de furtis. Syn. Baſil. h. t. cap.* 98. & 4. Harm. 8. §. 29. & 37. Cujac. 5. *obſ.* 29. Imo quæritur, ſitque dotalis. *l.* 54. *ff. h. t.* & 4. Harm. 8. §. 29. Fit dotalis, ſi maritus non ſit ſolvendo. dixi ad *d. l.* 54. & ſic in ſubſidium. 40 Mater non poteſt dare rem filiorum pro dote ſua. *Bald.* denique non poteſt dotem ſibi conſtituere ex bonis filiorum: licet hoc ἀντίδωρον naturale liberi videantur quodammodo matri debere, ut & alimenta.

An de bonis maternis filia dotanda ſit.

14. Iidem AA. & CC. Baſiliſſæ.

NEque mater [2] pro filia dotem dare cogitur, niſi ex magna & probabili cauſa, vel lege ſpecialiter [3] expreſſa: neque pater [4] de bonis uxoris ſuæ invitæ ullam dandi habet facultatem. Dat. Non. Novemb. *Philippopoli*, AA. CONSS. 287.

De inſtrumentis.

15. Iidem AA. & CC. Ulpiano.

CUm citra [5] fidem etiam inſtrumentorum datam dotem aliunde probanti, poſt divortium quondam uxoris tuæ ſecundum bonam fidem reſtitui debere conſtet: amiſſis etiam inſtrumentis ſine dubio cætera probationum indicia [6] jure prodita non habentur irrita. Dat. 8. Kalend. Auguſt. *Sirmii*, AA. CONSS. 287.

De re communi.

16. Iidem AA. & CC. Æmilio.

ANte [7] diviſionem ſoror tua inteſtato patri etiam ipſa ſuccedens, pro indiviſo portionem fundi communis in dotem dare non prohibetur. Dat. Non. Julii, *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

De proprietate & uſufructu.

17. Iidem AA. & CC. Sabino.

REs, quas [8] uſufructu ſibi deducto ſocrus [9] in dotem dedit, venundando auferre [10] tibi non poteſt. Dat. Nonis Julii, *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

18. Iidem AA. Meneſtrato.

SI ſocrus tua fundum deducto uſufructu uxori tuæ donavit, tibique in dotem uxor quidem proprietatem [11], ſocrus autem uſumfructum dedit: uxore tua rebus humanis in matrimonio exempta, fundum apud te remanſiſſe ſecundum [12] placiti inter vos fidem non ambigitur. Nam ſi acceptura certum quid annuum, filiæ ſuæ uſumfructum locavit: mortua [13] conductrice, uſusfructus extingui minime potuit. Dat. 14. Kalend. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

An actio filiæ per patrem quæratur.

19. Iidem AA. & CC. Achilli.

CUm patrem pro filia dotem tibi dantem, *ſi poſt mortem ſuam in matrimonio conſtituta rebus humanis eadem eximatur, partem dimidiam dotis Amniæ reddi*, pactum proponas: poſt vero teſtamento facto, cum aliis etiam Amniam heredem ſcripſiſſe, nec Amniam quicquam ex ſtipulatu petere velle ſanxiſſe: ſi quidem hanc ſibi reddi ſecundum fidem pacti ſtipulatam Amniam non probetur, ex [14] alieno pacto non prorſus ei ulla competit actio. Si vero ex ea verborum [15] conceptione ſibi Amnia quæſivit obligationem, ac tibi teſtatorem proſpexiſſe probetur: contra eam ex ſtipulatu poſt eventum conditionis petentem, quatenus accepit ex defuncti voluntate, quæ fuit ſtipulata, exceptione (ſalva Falcidia) uti potes. Dat. 13. Kal. Februar. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De fructibus.

20. Iidem AA. & CC. Tiberio.

PRo [16] oneribus matrimonii, mariti lucro fructus totius dotis eſſe, quos ipſe cepit: vel ſi uxori capere donationis [17] cauſa permiſit, eum, in quantum locupletior [18] facta eſt, poſſe agere manifeſtiſſimi juris eſt. Dat. 5. Kal. Maji, *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De æſtimatione.

21. Iidem AA. & CC. ad Geminium.

SI inter virum & uxorem [19] pactum ſit interpoſitum, *Ut ſi matrimonium intra quinquennii forte tempora quoquo modo eſſet diſſolutum, ſpecies* [20] *æſtimatæ doti datæ, pretiis* [21], *quibus æſtimatæ ſunt, redderentur* [22]: manifeſtum eſt non [23] pretia ſpecierum dari, ſed ipſas ſpecies debere reſtitui: cum in placitis ſpecierum reddendarum idcirco pretiorum nomen videatur annexum, ne, ſi ſpecies aliqua deminuta fuiſſet aut perdita, alio pretio, quam quo taxata fuerit, repoſceretur. Dat. Nonis Auguſt. *Agrippinæ*, CC. CONSS. 293.

De alienatione.

22. Iidem AA. & CC. Libyanæ.

REm quam pater in dotem genero pro filia dedit, nec recepit, alienare [24] non poteſt. Dat. 5. Kal. Decemb. iiſdem CC. CONSS. 293.

23. Iidem AA. & CC. Diogeni.

SI prædium uxor tua dotale [25] venundedit: ſponte necne contractum ratum habuerit, nihil intereſt: cum rei tibi quæſitæ dominium [26] auferre nolenti minime potuerit. Dat. 5. Kal. Octob. *Viminacii*, CC. CONSS. 293.

An dos revertatur ad eum qui dedit.

24. Iidem AA. & CC. Aurelio & Lyſimacho.

SI dotem marito libertæ veſtræ dediſtis, nec eam *reddi ſoluto matrimonio vobis* in continenti pacto, vel ſtipulatione proſpexiſtis: hanc, culpa [27] uxoris diſſoluto matrimonio penes maritum remanſiſſe conſtitit: licet eam ingratam circa vos fuiſſe oſtenderitis. Dat. 6. Kalend. Novemb. *Antiochiæ*, CC. CONSS. 293.

Si mulier ſtipuletur dotem ſibi reddi, teſtandi cauſa.

25. Iidem AA. & CC. Eutychiano.

SI mulier dotem a viro dari ſtipuletur, *Ut* [28] *de ea teſtari poſſit*: cum ordinationis teſtamenti cogitatio, mortis antecedens [29] tempus ſignificet, nec [30] conditionem, ſed cauſam contineat, inteſtata [31] quoque muliere defuncta, ſtipulationem committi proficiet. Dat. 3. Id. Novemb. *Antiochiæ*, CC. CONSS.

Si pater dotans ſtipuletur extraneo.

26. Iidem AA. & CC. Demoſtheni.

SI genero [32] dotem dando pro filia pater communis [33] *eam reddi tibi extraneo* [34] *conſtituto* ſtipulatus eſt, nec ſibi ceſſante voluntate, nec tibi prohibente jure, quærere potuit [actionem]. Dat. 6. Kal. Jan. ipſis CC. & CONSS. 294.

De oneribus hereditariis.

27. Iidem AA. & CC. Pompejano.

LIcet dos jure penes maritum remanſerit: pro rebus tamen hereditariis ſucceſſores, non maritus [35] quondam, ſolennibus penſitationibus parere debent. S. 6. Kal. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De muliere minore vigintiquinque annis.

28. Imp. ZENO [36] A. Æliano P. P.

MUlier in minori ætate conſtituta, dotem marito, conſentiente generali [37], vel ſpeciali curatore, recte dare & exigere [38] poteſt: licet ipſe tempore creationis fidejuſſorem in minorem [39] quam dos eſt, quantitatem dicitur præſtitiſſe. † Hoc idem obſervatur, & ſi minor ante nuptias donationem conſentiente (ut dictum eſt) curatore fecerit. Dat. Kal. Jan. BASILIO II. & ARMATIO [40] CONSS. 476.

De viro vergente ad inopiam.

29. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

UBi [41] adhuc [42] matrimonio conſtituto [43] maritus ad inopiam [44] ſit deductus, & mulier ſibi proſpicere [45] velit [46], resque ſibi ſuppoſitas pro dote, & ante nuptias donatione, rebusque extra [47] dotem conſtitutis tenere, non tantum mariti res ei tenenti [48], & fu-

1 *l.* 1. *S. h. t.* 2 Mater non cogitur filiam dotare, niſi ex cauſis expreſſis in jure: *ut hic*: aliud in patre. *l.* 19. *ff. de ritu nupt.* 3 Dotare filiam mater non cogitur, ſed nec ex bonis uxoris filiam dotare pater facultatem habet. 4. Harm. 8. §. 49. Quinimo pater receptam dotem, quam pro filia dederat, in ſecundas ejus nuptias ſervare debet. *ibid.* §. 50. *l.* 19. *ff. de ritu nupt.* 4 Pater dotare filiam non poteſt de bonis uxoris ſuæ invitæ. 5 Dos citra ſcripturam dari poteſt. Ideoque etſi data fuerit interveniente ſcriptura, & inſtrumenta perierint, nihilominus dos petitur, ſi modo probetur datam fuiſſe. *Synopſ. Baſil. h. t. c.* 101. 4. Harmenop. 8. §. 17. Amiſſio inſtrumentorum dotalium non præjudicat doti. adde *l. un.* §. 1. *verſ. & nemo. J. tit. prox.* 6 *l. ult. ſupr. de prob.* 7 Communio non impedit partem pro indiviſo dari in dotem. *l.* 1. *ſupr. comm. divid. l.* 14. *ſupr. de contrah. empt. l.* 3. *ſupr. de comm. rer. alien. l. ult. J. de litigioſis. l.* 11. *J. de donat.* 8 Quarum, Accurſius, Cujac. 17. *obſ.* 6. ut ſit σύλληψις, ſicut in *l.* 24. *S. familiæ erciſc. l.* 14. *J. de fideicomm.* 9 Tua ſcilicet. 10 Et ita auferendo proprietatem. Hoc innuitur, proprietatem alienari non poſſe invito proprietario. *l.* 11. *ff. de reg. jur.* 11 *l.* 22. *l.* 23. *J. h. t.* 12 Ejuſdem rei proprietas in dotem dari poteſt ab uxore, ejuſdem rei uſusfructus ab uxoris matre. 13 Morte conducentis non extinguitur uſus formalis. *Salic.* 14 Pater filio emancipato ſtipulari non poteſt. Nam alieno ex pacto non datur actio. *l.* 26. *J. h. t. l.* 27. §. 4. *in fin. ff. de pactis. l.* 1. *J. inter alios acta.* Nota textum. adde quæ notavi ad *l.* 38. §. 17. *ff. de verb. obl.* 15 Stipulatio eſt verborum conceptio. Paul. 2. *ſent.* 3. §. *unic.* 16 *l.* 21. §. 1. *ff. de donat. int. vir.* 17 Fructus dotis a marito uxori donari poſſunt. Donati tamen poſſunt repeti, qua facta eſt uxor locupletior. 18 *l.* 50. *in fin. ff. de donat. int. vir.* 19 Pro intellectu hujus legis vide Ant. Fabr. *de re nummaria cap.* 2. *num.* 17. 18. 19. Anſ. 20 *l.* 5. *S. h. t.* 21 *l. ult. ff. de pactis dotal. l.* 50. *ff. ſoluto matrim.* 22 Si modo extent. *l.* 1. *J. ſoluto matrim.* 23 Æſtimatam rem qui reſtituere ſub eadem æſtimatione tenetur, de ipſa re, non de æſtimatione tenetur: & ita hoc caſu, res eſt in dote, non æſtimatio. 24 *l.* 17. *S. h. t. l.* 21. *J. de donat.* 25 Uxor prædium dotale inæſtimatum non poteſt vendere, nec vendenti marito conſentire. *Inſt. quib. alienare licet. in pr. l. unica.* §. 15. *J. de rei uxor. act.* 26 Dotis dominium an ſit penes uxorem, vel virum, vide *l.* 30. *J. h. t.* & an res dotales pereant, aut ſint periculo mariti vel uxoris, vide Coſtanum *tract. de dotib. c.* 5. *d. l.* 17. 27 Dos culpa mulieris amiſſa non revertitur ad eum, qui dedit, niſi id ſibi ſtipulatus ſit. adde *l.* 69. §. 6. *ff. de jure dot.* 28 Dedit mulier dotem, ut de ea teſtari poſſet, non eſt teſtata, committitur ſtipulatio: quia non fuit conditio ſuperioribus verbis appoſita, ſed cauſa efficiens, & impulſiva. Defectus cauſæ impulſivæ jus agendi non impedit. 29 Teſtamentum mortem antecedit, neque locum habet niſi mortuo teſtatore. 30 Do tibi aliquid ut de eo teſtari poſſis? Datio non eſt conditionalis, ſed cauſalis. 31 Vide *l.* 4. *J. de contr. ſtipul.* 32 Vide Gœdd. *de contr. ſtip. cap.* 10. *num.* 43. & *ſeqq.* Anſ. 33 Titius, nomine Cajæ filiæ, Sempronio genero dotem conſtituit, eamque reddi Demoſtheni emancipato ſtipulatur? non eſt utilis ſtipulatio, cum pater non poſſit ſtipulari filio emancipato: nam emancipatus patri eſt extraneus. Extraneo non poſſumus ſtipulari. *l.* 19. *S.* adde *l.* 4. *l.* 7. *J. de pactis convent. l.* 45. *ff. ſolut. matrim.* 34 Emancipato. 35 Maritus dotem uxoris, pacto lucratus eſt: mortua uxore, hereditatis ejus nomine penſitationes ſunt præſtandæ, uxoris heredes conveniendi, non maritus: & ita onera hereditaria ſpectant ad heredes uxoris, non ad maritum dotem uxoris lucrantem. adde *l.* 72. *ff. h. t.* 36 Hæc conſtitutio Zenonis ad Ælianum ſcripta, diſciſſa a Triboniano fuit in tres partes: quarum una hic continetur: altera in *l. ult. S. de in integr. reſtit.* tertia in *l. ult. J. de magiſtratibus conveniendis.* 37 Curator dotis conſtituendæ cauſa generalis, vel ſpecialis conſtitui poteſt. *l.* 61. *ff. h. t.* 38 Et exigi: ita legendum eſſe Cujacius monet 16. *obſerv.* 14. 39 In eo minor mulier læditur: ut cui cautum non ſit in integram dotem. vitium hoc ne dicas accidiſſe dolo curatoris, ſed ſcribæ. *l. ult. J. de magiſtratibus conveniendis.* Res ergo ita habet: Minor mulier centum dedit in dotem curatore adhibito & conſentiente. Curatoris non vitio, ſed ſcribæ (hoc ſupplendum ex *d. l. ult.*) fidejuſſor accipitur a mulieris minoris marito in octoginta & ita minorem in quantitatem. Minor dotem inutiliter datam eſſe contendit, petitque reſtitui? non eſt audienda, cum jure communi uſa ſit. *l. ult. S. de in integ. reſtit. l.* 51. §. 4. *in fin. ff. de fidejuſſoribus. l.* 116. §. 1. *ff. de reg. juris.* dotem enim conſtituit adhibito curatore: & tamen ſubvenietur data ei actione in ſcribam, cujus vitio fidejuſſor in minorem quantitatem acceptus eſt: Ex his itaque tribus legibus coactis in unam, alia ex alia clariſſimam lucem accepit: adde Cujacium 16. *obſerv.* 14. 40 Male adjungitur Baſilio Armatius, quia non cum Baſilio, ſed cum Baſiliſco fuit Conſul, cujus memoria damnata. *l.* 16. *ſupr. de ſacroſ. eccleſ.* adeo ut ſolum Armatii nomen in inſcriptione ponatur, non Baſiliſci. Scribe itaque, Dat. Kalend. Jan. CP. Baſilio V. C. Cos. Nam is Baſilius conſul fuit ſolus. adde Cujac. 16. *obſerv.* 14. 41 Dotis, donationis ante nuptias, & extradotalium rerum nomine, mulier etiam conſtante matrimonio, res mariti inopis (hæc cauſa ſive circumſtantia maxime hic ſervanda eſt) tanquam ex hypotheca tenere poteſt: Nam ſive conveniatur a creditoribus mariti, exceptionem habet: ſive agat, vincere debet. Neque ei obſtat quod nondum ſolutum ſit matrimonium: nam hoc caſu res mariti ita accipere poteſt, quaſi ſi matrimonium ſolutum foret, atque ipſi dotis petitio competiiſſet. Cæterum creditores, ſi quas actiones habere ſe putant, iis experiri debent adverſus virum, vel res ipſius quas poſtea forte adquiſivit. Mulier nihil interea poteſt alienare, dum maritus vivit, quippe nullam aliam ob cauſam res eas mulier conſequitur, quam ut fructus earum percipiat, & ſe cum marito communibusque liberis alat. *Synopſ. Baſil.* 29. *tit.* 1. *c.* 113. & 4. Harmen. 8. §. 38. 42 Ante diem agi non poteſt. *l.* 1. *S. de plus petit. cap. unico extr. de plus petit.* fallit ſi maritus ad inopiam vergat, *ut hac lege*, fallit ſi debitor fugit. *l. ait prætor.* 10. §. *ſi debitorem.* 16. *ff. de his, quæ in fraudem.* aut ſuſpectus eſt. *l. ſi fidejuſſor.* 7. *in fin. ff. qui ſatisdare.* Joan. Andr. *in cap. unic. de plus petitionibus.* 43 Id eſt, conſtante. *Novell.* 97. *cap.* 6. *in princ. verſ. Quia enim.* 44 *l.* 30. *in fin. J. h. t. l.* 24. *ff. ſolut. matrim.* 45 Periculum enim eſt in mora. 46 Vide Sarmient. *l.* 3. *ſelector. c.* 12. Contium *lib.* 1. *diſput. c.* 7. Mod. 47 Paraphernalia intelligit, de quibus vide *l.* 8. *l. ult. infr. de pactis conventis. l.* 9. §. 3. *ff. de jure dot.* Dos, donatio propter nuptias & res paraphernales, diverſæ. 48 Voluntate etiam mariti. *Novell.* 22. *c.* 39.

per his ad judicium vocatæ, exceptionis 1 præſidium ad expellendum ab hypotheca ſecundum creditorem præſtamus: ſed etiam ſi ipſa contra detentatores rerum ad maritum ſuum pertinentium, ſuper iisdem hypothecis aliquam actionem 2 ſecundum legum diſtinctionem moveat, non 3 obeſſe ei matrimonium adhuc conſtitutum ſancimus, ſed ita eam poſſe 4 easdem res vindicare, vel a creditoribus poſterioribus 5, vel ab aliis qui non potiora jura legibus habere noſcuntur, ut potuiſſet ſi matrimonium eo modo diſſolutum eſſet, quo dotis & ante nuptias donationis exactio ei competere poterat: ita tamen, ut eadem mulier nullam habeat licentiam eas res alienandi vivente marito, & matrimonio inter eos conſtituto: ſed fructibus earum ad ſuſtentationem, tam ſui 6 quam mariti 7, filiorumque 8, ſi quos habet, abutatur. Creditoribus ſcilicet mariti contra eum ejusque res, ſi quas poſtea forte acquiſierit, integra ſua jura habentibus, ipſis etiam marito & uxore poſt matrimonii diſſolutionem ſuper dote, & ante nuptias donatione pro dotalium inſtrumentorum tenore integro ſuo jure potituris. Dat. 9 3. Idus Decemb. D. N. JUSTINIANO A. II. CONS. 528.

In AUTHENT. de æqual. dot. §. illud. coll. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 6.

Donationem quoque propter nuptias in hoc caſu conſtante matrimonio vindicare poteſt 10.

De rei vindicatione & actione hypothecaria.

30. Idem A. Demoſtheni P. P.

IN rebus dotalibus 11 ſive mobilibus, ſive immobilibus 12, ſeu ſe moventibus, [ſi tamen extant 13,] ſive æſtimatæ, ſive inæſtimatæ ſint 14, mulierem in his vindicandis omnem habere poſt diſſolutum matrimonium prærogativam [jubemus], & neminem creditorum mariti, qui anteriores 15 ſunt, poſſe ſibi potiorem cauſam in his 16, per hypothecam vindicare, cum eædem res & ab initio uxoris fuerint, & naturaliter 17 in ejus 18 permanſerint dominio. Non enim, quod legum ſubtilitate 19 tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideo rei 20 veritas deleta vel confuſa eſt. Volumus itaque eam in rem actionem in hujusmodi 21 rebus quaſi propriis habere, & hypothecariam 22 omnibus anteriorem poſſidere: ut ſive ex naturali 23 jure ejusdem mulieris res eſſe intelligantur, ſive ſecundum legum ſubtilitatem ad mariti ſubſtantiam perveniſſe [videantur], per utramque viam, ſive in rem, ſive hypothecariam, ei pleniſſime conſulatur. † Omnis autem temporalis exceptio, ſive per uſucapionem inducta, ſive per decem, ſive per viginti annorum curricula, [ſive per triginta vel quadraginta annorum metas,] ſive ex alio quocunque tempore majore, vel minore ſit introducta: ea mulieribus ex eo [tempore] opponatur, ex 24 quo poſſunt actiones movere, id eſt, opulentis quidem maritis conſtitutis, poſt diſſolutum matrimonium: minus autem idoneis, ex quo hoc infortunium eis illatum eſſe claruerit: cum conſtante etiam matrimonio poſſe mulieres contra maritorum parum 25 idoneorum bona hypothecas ſuas exercere, jam noſtra lege humanitatis intuitu definitum ſit: ficti divortii falſa 26 diſſimulatione in hujusmodi cauſa quam noſtra lex amplexa eſt, ſtirpitus eruenda. Recitata ſepties 27 in novo conſiſtorio Palatii Juſtiniani. Dat. 3. Kal. Novemb. DECIO V. C. CONS. 529.

Cum extraneus, i. e. non habens in poteſtate, dat dotem pro muliere, datio reſpectu viri dicitur donatio ob cauſam, reſpectu mulieris donatio ſimplex: nec indiget inſinuatione: licet olim ſecus. Salic.

De inſinuatione dotis, & donationis ante nuptias.

2. De mora & de uſuris.

31. Idem A. Juliano P. P.

CUm quidam dotes pro mulieribus dabant, ſive matres, ſive alii cognati, ſive extranei: recte quidem eas mariti ſine monumentorum obſervatione ſuſcipiebant. Cum autem mulier redhibitionem caſus 28 ſtipulabatur, & hujusmodi fortuitus caſus eveniſſet: ipſa mulier, utpote a ſe non facta donatione, propter hoc quod monumenta deerant, neceſſitatem habebat actiones in hujusmodi caſu ad eum qui dotem dedit, per ceſſionem transferre, vel ipſas res reddere: & ita invenientibus forſitan poſt prolixa matrimonii annorum curricula, & liberos forte editos infelix 29 mulier indotata. Sancimus itaque in [omnibus hujusmodi caſibus] nullis monumentis 30 rem indigere, ſed in omni perſona ratas eſſe hujusmodi donationes: & mulierem ipſam dotem habere, (cum fortuitus caſus hoc mulieri addiderit) & firmiter hoc apud eam permanere: niſi ipſe qui [illegible] dotem dedit, ſibi dari in hujusmodi caſum ſtipulatus ſit: tunc etenim cum neque ab initio ſuſpicio aliqua liberorum concurrit, ſed ſibi omnem 31 rem ille qui dotem dedit, pepigerit, hujusmodi tractatus habere locum non poteſt: atqui in aliis omnibus caſibus in quibus ipſe non eſt ſtipulatus, triſtitiæ ſuæ mulier hoc proprium habeat ſolatium [illegible]. §. 1. Simili quoque modo ſi quis extraneorum, (id eſt, qui eum pro quo dat, non in poteſtate habeat) pro alio ante nuptias donationem nupturæ mulieri dederit, & neceſſaria monumenta adhibuerit, ſi excedat ſummam legitimam donatio, vel non minor 32 materfamilias nuptura ſit, non ſolum ad eum cui ante nuptias donatio datur monumenta ſuam adhibeant firmitatem, ſed 33 etiam ad illum pro quo dedit: ut ſi lucrum ei ex dotalibus pactis acceſſerit, hoc non cedat donatori, ſed in ſuum lucrum hoc maritus convertat, firmumque & irrevocabile habeat, niſi donator, & hoc [ibi] reddi hujusmodi caſu fuerit ſtipulatus, ne & in præfato caſu ſimile anteriori vitium oriatur. Sin autem neque ſtipulatus ſit, vel ita res geſta ſit, ut monumentorum ex omni parte nulla ſit utilitas, tunc & donatio ad utramque perſonam valeat, & maritus cauſam lucretur: niſi & hic donator eam ſibi [illegible].

§. 2. Præterea ſancimus, ſi quis in dotem vel prædia, vel certum reditum, vel ædes, vel panes civiles ſpoponderit, vel promiſerit: ſi ex tempore matrimonii biennium 34 tranſactum ſit, illico reditum, vel penſionem, necnon panis civilis 35 quæſtum 36 cum præſtare, etiamſi non fuerint adhuc res principales traditæ: & ſi tota dos in auro ſit, itidem poſt biennium uſuras 37 usque ad tertiam partem centeſimæ præſtari. Sin autem aliæ res præter immobiles, vel aurum fuerint in dotem datæ, ſive in argento, ſive in mulieribus ornamentis, ſive in veſte, ſive in aliis ſpeciebus [illegible] 38 coadunationem totius calculi [illegible] tatem perniciofum eſt. Sin autem mine res mobiles fuerint æſtimatæ, ea poſt biennium obſervari, quæ leges poſt litem 39 conteſtatam pro omnibus hujusmodi rebus definiunt. † Sin vero res permixtæ fuerint, & partim in auro, partim in aliis rebus mobilibus vel immobilibus, pro jam facta diviſione 40 omnia procedere: [illegible] marito, quando voluerit, dotem reddere 41. † Nec is qui [illegible] ſibi licentiam eſſe, reditus vel penſiones, vel uſuras, vel alias acceſſiones ſolventi 42, dotis ſolutionem protelare: ſed ſive ante biennium, ſive poſt, ſi voluerit [illegible] leges eam exigere. Dat. 12. Kal. April. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONS. 530.

TIT. XIII.

DE 43 REI UXORIÆ 44 ACTIONE 45 IN EX STIPULATU ACTIONEM TRANSFUSA 46, ET DE NATURA DOTIBUS PRÆSTITA.

Pro dote bona ſunt tacite obligata. Bald.

1. Imp. JUSTINIANUS A. ad populum urbis Conſtantinopolitanæ, & ad univerſos provinciales.

REm in præſenti 47 non minimam aggredimur, ſed in omni pene corpore juris effuſam, tam ſuper rei uxoriæ actione, quam ex ſtipulatu: earum communiones, & differentias reſecantes, & in unum tramitem ex ſtipulatu actionis totum rei uxoriæ jus quod di-

1 Uxor mariti res tenens, exceptione adverſus agentes mariti creditores juvatur. Poſſidenti datur exceptio, non poſſidenti actio. 2 Dotales res etiam conſtante matrimonio viro ad inopiam redacto mulier actione inſtituta poteſt petere. An directa in rem? ut vult Harm. 4. *tit.* 8. §. 29. An utili? ut Cujac. 5. *obſ.* 29. Hanc rationem Harmenopulus adfert, quod hypothecaria mulier res etiam viri avocet. 3 Ratio dubitandi videbitur hæc eſſe, mulierem agere non poſſe dotis ſuæ nomine conſtante matrimonio. 4 Mulier conſtante matrimonio, viro ejus vergente ad inopiam, non modo contra eum, ſed etiam contra tertios poſſeſſores bonorum mariti poteſt agere, ut conſequatur dotem, donationem propter nuptias & res paraphernales collocet in tuto, ut his omnibus marito, filiis, ac familiæ poſſit prodeſſe, *ut hic. & l.* 24. *ff. ſolut. matrim.* vide Roland. a Valle 1. *conſ.* 9. *n.* 12. Nec cogitur mulier, antequam agat, adverſus creditores poſſeſſores diſcutere mariti bona. Idem *ibid. n.* 20. 21. 22. *& ſeqq.* Quid ſi creditores mulieri dotis æſtimationem offerunt? Idem Rolandus negat (*num.* 39. 40.) creditorem admitti: quin *l.* 1. C. *ſi antiq. credit.* huc non pertinere exiſtimat. 5 Ergo non ab anterioribus expreſſam ſaltem habentibus? dixi ad *Novell.* 109. *cap.* 1. *& in l. aſſiduis.* 12. C. *qui potiores.* 6 Gradus amoris ab uxore præſtandi obſerva: ut ſe, maritum & liberos alat. Charitas bene ordinata incipit a ſeipſa. 7 Sive dos ſit apud virum, ſive apud mulierem, oneribus matrimonii debet inſervire: *Femme ſeparée de biens, eſt tenue de nourrir la famille de ſon mari, ſi elle a dequoy.* 8 Et merito. Nam licet ſeparationem bonorum poſtulet, non renunciat tamen affectui materno: id eſt, alendis liberis. 9 Theodorus vetus interpres in *l.* 1. §. 1. C. *de rei uxor. act.* refert in extremo hujus legis dici, mulierem poſſe renunciare his, quæ ſibi competunt, hypothecis: quo nomine Contius 1. *lect.* 7. monet ſuperiora Theodori verba hic adjicienda. quod Cujacio diſplicet 13. *obſ.* 25. Negat enim a Theodoro conſtitutionem, ut vocat προικιμένην intelligi hanc legem, ſed eam ipſam in quam ſcripſit, id eſt, *l. un.* §. 15. C. *de rei uxor. act.* quæ circa finem ex Anaſtaſiana conſtitutione tradit, mulieribus licere renunciare hypothecis, lege introductis propter cauſam dotis. 10 Ut dominus. 11 Vide Bald. Novell. *de dote* 8. *part. princ.* Et quatenus in praxi obtineat hoc dotis privilegium, Cenſur. Forenſ. noſtr. *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 3. *& ſeqq.* S. L. 12 Vide *l.* 93. *ff. de verb. ſign.* 13 Mulier res ſuas extantes vindicat. 14 Vide Coraſium *lib.* 5. *miſcell. c.* 14. *& ad l. naturaliter.* §. *nihil commune. pag.* 293. *de acq. poſſ.* Zaſium *lib.* 2. *intellect. c.* 5. Jo. Robert. *lib.* 3. *ſent. jur. c.* 18. Quæſad. *lib.* 1. *quæſt. jur. c.* 14. Guterium *part.* 1. *reſol. c.* 3. *num.* 19. Mod. 15 De prærogativa dotis dixi ad *Novell.* 97. *cap.* 6. 16 Rebus ſcil. mulieris extantibus. 17 Id eſt, naturali jure. C. *h. t.* jure gentium. Dotis igitur dominium conſtante matrimonio naturaliter eſt uxoris. 18 *l.* 75. *ff. h. t. l.* 21. §. 4. *ff. ad municipal.* 19 Res dotales inæſtimatæ manent uxoris: æſtimatæ, ſubtili jure ſunt mariti, naturali mulieris, ſi tamen extent, *ut hic.* Imo, jure naturali res hujusmodi ſunt mariti, dominium earum rerum per traditionem adepti. *l.* 20. C. *de pactis.* §. 40. *Inſt. de rer. diviſ.* Si traditionis initium ſpectamus, res ita fuerit; ſi exitum, puta quod res dotales plerumque redeant ad mulierem ſoluto matrimonio morte aut divortio, falſum. vide Cujac. 10. *obſerv.* 32. 20 Fictio & ſubtilitas non mutat rei veritatem. 21 Extantibus ſcil. 22 Si res hujusmodi ſunt mulieris, quæ pignori eidem mulieri eſſe poſſunt? *l.* 45. *ff. de reg. jur.* Favore dotis id receptum dicimus. Nam ſi juris ſubtilitatem ſpectamus, mulier hypothecaria utetur in res ſuas extantes juris ſubtilitate (id eſt, æſtimatione earum) mariti factas: ſi jus naturæ, quo res ejus dotales extantes ejus eſſe dicuntur, vindicatione: & ita diverſo reſpectu diverſis plane actionibus utetur mulier. 23 Naturaliter. *ut ſupr.* 24 Nulla dotis nomine currit præſcriptio, antequam agi poſſit. *l.* 7. §. 4. *in fin.* C. *de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor.* 25 *l.* 9. C. *h. t. l.* 24. *ff. ſolut. matrim.* 26 Eum olim in finem, falſa diſſimulatione divortii utebantur conjuges. 27 Septimo miliario urbis. ut *l.* 22. *in fin.* C. *de ſacroſ. Eccleſ. l. pen.* C. *de reb. cred.* vide *l. ult.* C. *de legit. tut. l.* 19. C. *de jure delib. l.* 30. C. *de fideicomm. l.* 6. C. *de bon. quæ lib. l.* 3. C. *de bon. lib. l.* 20. *in fin.* C. *de agricol. & cenſit. lib.* 11. *tit.* 47. *l.* 34. C. *de donat.* Eadem forte ratione ſeptimum dicitur, qua decimum ſuburbium Carthaginis, quod autore Procopio ab eadem diſtabat ſtadiis ſeptuaginta. vid. Cujac. 22. *obſerv.* 3. 28 Id eſt, lucrum dotis vel donationis propter nuptias. dixi ad *l.* 11. C. *de ſecund. nupt.* 29 Mulier indotata infelix, ut quæ nec ſe nec liberos poſſit alere. 30 Dos nunquam inſinuatione indiguit: aliud in donatione propter nuptias. *l.* 17. C. *de don. ante nupt. l.* 19. C. *de ſacroſ. Eccleſ.* 31 Quoties extraneus dans dotem ſibi ſtipulatur eam reddi, ex ea ſtipulatione agitur, exiſtentibus etiam liberis ex eo matrimonio. 32 Olim donatio propter nuptias fuit indiſtincte inſinuanda, niſi collata fuiſſet in matremfamilias minorem vigintiquinque annis. *d. l.* 17. 33 Acta voluntariæ juriſdictionis nunquam extenduntur ad eum, cum quo non ſunt celebrata, etiamſi ejus interſit. 34 Promiſſor dotis poſt biennium præſtat ejus reditus, penſionem & uſuras trientes, quæ non ſolent alias ex ſtipulatione deberi, niſi in ſtipulationem ſint deductæ. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. C. *de uſuris.* ut nec reditus, niſi poſt litem conteſtatam. 35 Panes civiles ſunt reditus in pane conſtituti conceſſi ad vitam, vide Alciat. *lib.* 8. *c.* 5. Anſ. 36 Id eſt, uſuras. Interdum uſuræ debentur ſine ſtipulatione ex nudo pacto, veluti pecuniæ trajectitiæ. *l.* 5. §. 1. *ff. de nautico fœnore. l. etiam.* 30. *ff. de uſur.* pecuniæ civilis. & earum rerum quæ menſura conſtant. *l.* 12. *l.* 23. C. *de uſur.* interdum ſine pacto, αὐτομάτως *ut hic. & l.* 3. §. 2. *ff. de uſur.* & in actione ex teſtamento, quamvis ſit ſtricta. dixi ad *Nov.* 136. *c.* 6. 37 Dotis ſponſor poſt biennium a contracto matrimonio uſuras præſtat ad tertiam usque centeſimæ uſuræ partem. 4. Harm. 4. §. 25. *quatre pour cent.* 38 Coadunatio calculi multarum rerum facit, ut res diverſæ ſeparatim æſtimatæ ſint una tantum res. Diſtincta enim pretia rerum multarum in uno, & eodem inſtrumento res diverſas non conſtituunt. Bald. *hic.* 39 Mora legibus introducta ei comparatur, quæ per litis conteſtationem inducitur. 40 Id eſt, ut de ſingulis ſecundum naturam ſuam judicetur. 41 Id eſt, promiſſor dotis. 42 Solvendo. Debitor non poteſt offerendo annuum reditum rem retinere in tempus futurum invito creditore. *Baldus.*

43 Doti repetendæ tres actiones jure civili comparatæ ſunt: ex ſtipulatu, hypothecaria, & vindicatio. adde Coſtanum *tract. de dote, cap.* 6. 44 Actio rei uxoriæ Græcis ἡ περὶ τῆς ἀναλήψεως προικὸς ἀγωγὴ, de reſtitutione dotis actio: ex ſtipulatu actio, ἡ τὴν προικὰ ἀπαιτοῦσα ἀγωγή. Dotem exigens actio. *Syn. Baſil.* 29. *tit.* 1. *cap.* 117. & 4. Harmen. 8. §. 50. quarum actionum adæquatio fit nova hac lege. 45 §. 29. *Inſtit. de actionib.* ſeu repetitione dotis. 46 Ut rei uxoriæ actio hodie ſit ſublata. *l.* 12. §. 1. C. *qui potior.* 47 Ad intellectum *h. l.* vide Govean. *var. lect. lib.* 2. *cap.* 5. Charond. *veriſimil. lib.* 2. *cap.* 16. ubi hanc *l. unic.* conciliat cum *l.* 7. *ff. ſolut. matrim.* Anſ.

gnum

gnum eſſe valere cenſemus, concludentes. *Rei uxoriæ* itaque actione ſublata 1, ſancimus, omnes 2 dotes per ex ſtipulatu actionem exigi, ſive ſcripta fuerit ſtipulatio, ſive non: ut 3 intelligatur re 4 ipſa ſtipulatio eſſe ſubſecuta. Eodemque modo, & ſi 5 inutiliter 6 facta eſt ſtipulatio: adjuvari enim eam magis quam evaneſcere oportet. Si enim cum una in inſtrumento ſtipulatio valida inveniatur, aliis etiam inutilibus ſuam noſcitur præſtare fortitudinem 7: quare 8 non ex noſtra lege hujusmodi ſtipulationibus robur accedat legitimum? Eſt enim conſentaneum nobis qui cenſemus, & ubi ſtipulatio ſuppoſita non eſt, intelligi 9 eam fuiſſe adhibitam: & multo 10 magis etiamſi inutilis eſt, validam eam effici. §. 1. Et ut plenius 11 dotibus ſubveniatur 12: quemadmodum in adminiſtratione 13 pupillarium rerum, & in aliis multis juris articulis tacitas hypothecas ineſſe accipimus: ita & in hujusmodi actione damus ex utroque latere hypothecam, ſive ex parte 14 mariti pro reſtitutione dotis, ſive ex parte 15 mulieris pro ipſa dote præſtanda, vel rebus dotalibus evictis 16: ſive 17 ipſæ principales perſonæ dotes dederint, vel promiſerint, vel ſuſceperint, ſive aliæ pro his perſonæ: & dos ſive adventitia ſive profectitia ſit, ſecundum veteris juris nominationem. Ita enim & imperitia hominum & ruſticitas 18 nihil eis poterit afferre præjudicii: cum nos illis ignorantibus & neſcientibus in hoc caſu noſtram induxerimus providentiam. Sicut enim & ſtipulationes, & hypothecæ ineſſe 19 dotibus intelliguntur, & inutiles 20 ſtipulationes emendantur: ſic & in poſterum cauſa invenietur valida & perfecta, quaſi omnibus dotalibus inſtrumentis a prudentiſſimis viris confectis. † Et nemo putet nos hoc ſancire in his tantummodo dotibus quæ inſtrumentis receptæ ſunt: Nihil enim prohibet, & ſi ſine 21 ſcriptis dos, vel detur, vel promittatur, vel ſuſcipiatur: ſimili modo intelligi factam ſtipulationem & hypothecam ex utraque parte, quaſi 22 fuerit ſcripta. Et natura 23 quidem ex ſtipulatu actionis hæc intelligatur: re uxoria in poſterum ceſſante 24.

§. 2. Sed etſi non ignoramus ex ſtipulatu actionem ſtricto 25 jure eſſe vallatam, & non ex bona fide deſcendere: tamen quia novam naturam de dote ſtipulatio ſibi invenit, accommodetur ei natura rei uxoriæ, & bonæ 26 fidei beneficium: & omnes quidem eventus quos dos ex ſtipulatu habet, maneat pro ſua natura exercens. Si quid autem optimum 27 ex rei uxoriæ actione invenimus, hoc in præſenti ſpecialiter ei addimus: ut ſit & nova iſta ex ſtipulatu, quam compoſuimus, & non propria tantum, ſed etiam veteris actionis pulchritudine 28 decorata. §. 3. Primum itaque quid naturale ſit ex ſtipulatu actionis, exponatur: ita ſi quid ex actione rei uxoriæ ſupervenerit, addatur. Sciendum itaque eſt Edictum Prætoris, quod de 29 alterutro introductum eſt, in ex ſtipulatu actione ceſſare: ita ut uxor & a marito relicta recipiat, & dotem conſequatur: niſi 30 ſpecialiter pro dote ei maritus ea dereliquit: cum manifeſtiſſimum ſit, teſtatorem qui non hoc addiderit, voluiſſe eam utrumque conſequi 31. §. 4. Maneat ex ſtipulatu actionis jus ad 32 ſucceſſores, & ſine mora transmiſſionis incorruptum. §. 5. Taceat in ea retentionum verboſitas. Quid enim opus eſt inducere ob 33 mores retentionem, alio auxilio ex conſtitutionibus introducto? vel ex qua cauſa ob 34 res donatas retentio introducatur, cum ſit donatori facultas per actionem in rem directam, vel per utilem, vel per condictionem ſuo juri mederi? Sed nec retentio ob 35 res amotas neceſſaria eſt, cum pateat omnibus maritis rerum amotarum judicium. Sileat ob 36 liberos retentio, cum ipſe naturalis 37 ſtimulus parentes ad liberorum ſuorum educationem hortetur: ne varium genus culpæ mariti contra uxores excogitent, ut poſſint eadem retentione contra eas uti, cum & jam imperialibus conſtitutionibus ſtatutum ſit, ſi culpa mulieris diſſolutum matrimonium fuerit quid fieri oporteat. Sed nec ob 38 impenſas in res dotis factas retentio nobis ſatis videtur eſſe idonea. Cum enim neceſſariæ 39 quidem expenſæ dotis minuant quantitatem, utiles autem non aliter in rei uxoriæ actione detinebantur, niſi ex voluntate mulieris: non abs re eſt, ſi quidem mulieris voluntas intercedat, mandati 40 actionem a noſtra auctoritate marito contra uxorem indulgeri: quatenus poſſit per hanc, quod utiliter impenſum eſt, adſervari: vel ſi non intercedat mulieris voluntas, utiliter tamen res geſta eſt, negotiorum geſtorum adverſus eam ſufficere actionem. Quod ſi voluptariæ ſint, licet [ex] voluntate ejus expenſæ: deductio 41 operis quod fecit, ſine læſione tamen prioris ſpeciei, marito relinquatur: ut ſit omnium retentionum expeditus tractatus, & ex ſtipulatu actio merito ſecundum ſui naturam nullam accipiat retentionem. §. 6. Illo proculdubio in ex ſtipulatu actione ſervando, ut ſi 42 deceſſerit mulier conſtante matrimonio, dos non in lucrum mariti cedat, niſi ex quibusdam pactionibus, ſed ad mulieris heredes ex ſtipulatu actio ſecundum ſui naturam transmittatur, ſive expreſſa fuerit, ſive ex hac lege ineſſe 43 intelligatur.

§. 7. Cum autem in 44 exactione dotis ex ſtipulatu quidem actio naturaliter reſtitutionem dotis a parte mariti uxori illico 45, & in ſolidum fieri jubebat, rei uxoriæ autem annua, bima, trima die in his quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, exactionem pollicebatur, & non in ſolidum, ſed in quantum maritus facere poteſt, ſi non dolo malo ſuam deminuerit ſubſtantiam: in hac parte rudem figuram ex ſtipulatu damus actioni: ut ſi matrimonium fuerit diſſolutum, nullo pacto adhibito; in tantum quidem maritus condemnetur, in quantum 46 facere poteſt: quia hoc æquiſſimum eſt, & reverentiæ debitum maritali, ſi 47 non dolo malo verſatus eſt: cautione 48 videlicet ab eo exponenda, *Quod ſi ad meliorem fortunam pervenerit, etiam quod minus perſolvit, hoc reſtituere procuret.* † Exactio 49 autem dotis celebretur non annua, bima, trima die, ſed omnimodo intra 50 annum in rebus mobilibus, vel ſe moventibus 51, vel incorporalibus: cæteris videlicet rebus quæ ſolo continentur, illico reſtituendis: quod commune 52 utriusque fuerat actionis. † Sin autem ſuperſederit res mobiles, vel ſe moventes vel incorporales poſt annale tempus reſtituere, vel cæteras res ſtatim poſt diſſolutum matrimonium: etiam 53 uſuras 54 æſtimationis omnium rerum quæ extra immobiles ſint, usque ad tertiam partem centeſimæ ex bona fide introducendas maritus præſtet: fructibus 55 videlicet immobilium rerum parti mulieris ex tempore diſſoluti matrimonii præſtandis: ſimilique modo penſionibus, vel vecturis navium ſive jumentorum, vel operis ſervorum, vel quæſtu civilium annonarum, & aliis quæ ſunt eis ſimilia, parti mulieris reſtituendis. §. 8. Igitur & in ſequenti capitulo ſua ex ſtipulatu actio utatur natura: ut ſi mulier a marito fuerit heres inſtituta 56, & legis Falcidiæ ratio emerſerit, etiam dotis debitum liceat ei ſicuti alia debita ex ſubſtantia mariti ſubtrahere, & ſic quartam partem deducere.

§. 9. Cumque ex ſtipulatu actio in his caſibus quos enumeravimus propriam naturam habeat: neceſſarium eſt in ſequenti tractatu ea exponere quæ [vel] communia ſunt utriusque actionis, vel quæ in ſolam ex ſtipulatu actionem colligi oportet: vel propria quidem rei uxoriæ actionis, exinde [autem] ex ſtipulatu actioni accommodanda: Itaque partus 57 dotalium ancillarum, id eſt quæ æſtimatæ non ſunt, vel quæ ſervi dotales ex quacunque cauſa (niſi ex re mariti, vel operis ſuis) acquiſierunt: ad mulierem pertinere utraque actio ſimiliter voluit. Fœtus 58 autem jumentorum, & omnia quæ *fructuum* nomine continentur, ad lucrum mariti pertineant pro tempore matrimonii, ſive æſtimata, ſive non æſtimata ſint. Sed & noviſſimi 59 anni in quo matrimonium ſolvitur, fructus pro rata temporis portione utrique parti debere adſignari, commune utriusque actionis eſt, in rebus ſcilicet non æſtimatis. Æſtimatarum enim rerum maritus quaſi 60 emptor, & commodum ſentiat, & diſpendium ſubeat, & 61 periculum expectet.

§. 10. Cautione videlicet defenſionis in ſpecie in qua dotem ſuæ 62 uxoris, vel nurus 63, in familiæ erciſcundæ judicio præcipuam 64 filius

1 Rei uxoriæ actio hodie ſublata. 2 Pro dote competit actio ex ſtipulatu. 3 Dos ita in ſtipulatione conſtituitur, ut etiamſi non intervenerit ſtipulatio, fingatur tamen interveniſſe, *ut hic.* Quin nudo pacto & ſimplici pollicitatione promiſſa, exigi poteſt jure ſpeciali. *l. ad exactionem.* 6. C. *de dot. promiſſ.* 4 Id eſt, ipſo jure. Stipulatio dotibus ineſſe intelligitur. vid. §. 1. C. 5 Ex dotis inutili ſtipulatione agi poteſt: quod omnino ſingulare. 6 Inutilis dotis ſtipulatio habetur pro utili. 7 Inutilis ſtipulatio per utilis ſtipulationis adjectionem confirmatur. 8 Poteſt aliquid ſtipulatio, ergo & lex. 9 Vide §. 1. *infr. h. t.* 10 Ex inutili magis fieri poteſt quid utile, quam ex eo ipſo quod penitus non eſt; Entis enim ad id quod eſt, tranſitus facillimus eſt. difficilius enim eſt nunc primum aliquid de novo inducere, quam in melius reformare. 11 Dotibus ſubvenitur. 12 Vide Jo. Aurpachum *ad hunc* §. *lib.* 2. *allegat. c.* 30. *ad* §. 4. *Maneat.* Goveanum *lib.* 2. *variar. lect. c.* 5. *ad* §. 5. *Taceat.* Pileum *quæſt.* 81. M. Vertranium *de jur. liber. cap.* 5. *ad* §. 7. *Cum autem.* Guterium *ad d. part.* 1. *reſol. cap.* 21. *num.* 8. Mod. 13 *l.* 20. *infr. de adminiſtrat. tut.* 14 Bona mariti tacite obligata ſunt uxori pro reſtituenda dote. 15 Bona mulieris tacite marito obligantur pro præſtanda ei dote. 16 Si res dotalis marito evincitur, uxor marito evictionis nomine tenetur. adde *l.* 1. *ſupr. de jure dot.* 17 Dos a quibus perſonis conſtituatur. 18 Ruſticitati lex ſuccurrit. Proviſio legis facit, ut error atque imprudentia non noceat contractui. Proviſio hominis inutilis non tollit utilem legis proviſionem. *Baldus.* 19 *Verſ. Rei uxoriæ. in princ. verſ. Eſt enim. in princ. ſupr. h. t.* §. 6. *infr. h. t.* 20 *Dict. verſ. Eſt enim. in princ.* 21 Dotis promiſſio, & ſuſceptio dotis ſcripturam non requirit. *l.* 6. *ſupr. de dot. promiſſ. l.* 15. *ſupr. de jure dot.* 22 Ficta legitima ſtipulatio vim habet inſtrumenti & ſtipulationis. 23 Natura actionis ex ſtipulatu. 24 Rei uxoriæ actio ſublata. 25 Actio ex ſtipulatu ſtricti juris. 26 Actio ex ſtipulatu pro dote, eſt bonæ fidei. §. 29. *Inſt. de act.* 27 Quod utile erat in actione *rei uxoriæ*, id in actionem *ex ſtipulatu* transfuſum. 28 Vetuſtati decor ſuus ineſt. 29 Edictum Prætoris de alterutro obſerva: hujus Edicti ſit mentio in *l. ult. C. Theod. de teſtam. ibi*, Sic mulier in Edicto quod de alterutro eſt: *cum ſuam explanaverit opinionem ne pœnitentia poſſit ad aliud tranſire, etiam ſatisdatione cogitur præcavere, niſi ſi ætatis juvetur auxilio &c.* Hoc autem edicto cavebatur, ut ſi quid maritus uxori hereditatis, vel legati, vel fideicommiſſi titulo reliquiſſet, alterutro contenta eſſet mulier: relicto, ſcil. vel dote, actione ex teſtamento, vel rei uxoriæ actione, qua in re deterior erat mulieris conditio, quam creditorum, quibus quid legatum erat. vide alia quædam apud Cujac. 3. *obſerv.* 16. 30 Vir legans uxori in dubio non intelligitur legare pro dote. Cui mulieri ita legatur, ea non poteſt ex teſtamento, & ex ſtipulatu agere. Pro dote eſt animo dotis compenſandæ legare. *l.* 46. *ff. ſolut. matrim. l.* 53. *l.* 77. §. 5. *ff. de leg.* 2. ideoque in dubio mulier utrumque conſequetur, dotem, ſcil. & relictum. 31 Quia in dubio non intelligitur eſſe onus, ex quo legatum eſt ſimplex. 32 Actio ex ſtipulatu actionem & promiſſionem tranſmittit in heredes. *l.* 6. *ſupr. de jure dot. l.* 27. *ff. ſoluto.* 33 Ob mores retentio, *ut hic: & 6.* Ulpian. 9. 34 Ob res donatas retentio, *ut hic: & d.* §. 9. 35 Ob res amotas retentio, *ut hic: & d.* §. 9. 36 Ob liberos retentio, *ut hic: & d.* §. 9. *&* §. 10. 37 *l.* 1. §. 3. *ff. de juſtit. & jur.* 38 Ob impenſas retentio, *ut hic: & d.* §. 9. *l.* 23. *ff. ſolut. matrim. l.* 1. §. 2. *l.* 5. *l.* 15. *ff. de impenſis.* Ulpian. 6. §. 9. 14. 15. 16. 17. Theoph. §. 37. *Inſt. de action.* 39 Neceſſariæ impenſæ dotem minuunt. *d. l.* 5. *d. l.* 15. 40 Utiles impenſas, voluntate mulieris factas, maritus ſervat mandati actione: citra voluntatem mulieris factas actione negotiorum geſtorum. adde *l.* 7. *in fin. l.* 8. *ff. de impenſ.* 41 Id eſt, ablatio, *l.* 9. *ff. de impenſis.* 42 Dos ad mulieris heredes revertitur, muliere mortua conſtante matrimonio: niſi ſit aliud conventum. *l.* 19. C. *de donat. ante nupt. l.* 18. C. *de jure dot.* 43 Vide §. 1. *ſupr. h. t.*

44 Dotem exigens actio olim & illico, & in ſolidum dotem exigebat. De reſtitutione vero dotis actio (περὶ τῆς ἀναλήψεως προικὸς ἀγωγὴ) non illico, ſed per tres annos petit ςαθμώμενα, ἀριθμούμενα, μετρούμενα, non etiam in ſolidum, ſed in quantum facere poterat, adverſus maritum proponebatur. Verum hodie ἡ τὴν προικὰ ἀπαιτοῦσα ἀγωγὴ, dotem exigens actio, ſeu ex ſtipulatu actio ad inſtar rei uxoriæ actionis non in ſolidum movetur, ſed in quantum facere poteſt maritus: hac tamen lege, ut maritus uxori cautionem exponat, futurum, ut ſi quid adquiſierit, ei ſatisfaciat. Exactio vero non per tres annos (ut in reſtitutione dotis, ſeu rei uxoriæ actione) nec illico fit: ſed annuo quidem die ſolvuntur ea, quæ menſura conſtant: cætera vero ſtatim. Quod ſi maritus illico, vel poſt anni decurſum reſtituere ſuperſederit: etiam rerum mobilium uſuras, & immobilium fructus a ſoluti matrimonii tempore, cum penſionibus, navium vecturis (Græci ἐνοίκια, καὶ ναῦλα) & fructibus cæteris præſtat. *Syn. Baſil.* 29. *tit.* 1. *cap.* 117. 4. Harmenop. 8. §. 52. Goth. Viduæ an ſint præſtanda alimenta intra annalis temporis ſpatium, quo dotem in rebus ſoli non conſiſtentem apud ſe retinere poſſint heredes mariti, vide Anton. Merend. *contr. lib.* 2. *cap.* 43. Anſ. 45 Differentiam actionis, *Ex ſtipulatu, & rei uxoriæ* obſerva. Priore, maritus cogitur dotem reſtituere illico & in ſolidum: Poſteriore vero, annua, bima, trima die. Galli, *A un, deux & trois payemens*, & in quantum maritus facere poſſit. 46 Actione de dote maritus conventus, in quantum facere poteſt. v. *l.* 173. *ff. de reg. jur.* niſi mala fide facere poſſe deſierit. 47 Dolus omnem reverentiam tollit. *l.* 1. C. *ubi ſenatores vel clariſſ. l.* 18. §. 1. *ff. ſolut. matrim. l.* 17. *ff. de jure dot.* 48 Etiamſi maritus convenitur in id tantum quod facere poteſt, cavet tamen uxori de integra ſolutione facienda, quoties ad meliorem fortunam pervenerit. facit *l.* 47. §. 2. *ff. de peculio.* 49 Vide Socinum *reg.* 389. 50 Mobilia, moventia, incorporalia, intra annum maritus reſtituere cogitur. Res ſoli, ſeu immobiles, illico. Quod de anno dictum eſt, locum non habet, ſi dos mulieri legata ſit, dotis enim legatum commodum repræſentationis habet. *l.* 1. §. 2. *ff. de dote prælegata.* 51 *l.* 93. *ff. de verb. ſignific.* 52 Similitudo & communio actionis, Ex ſtipulatu & Rei uxoriæ. 53 Pœna mariti res dotales ſuo tempore non reſtituentis. 54 De uſuris dotis præſtandis. *Goth.* Ad hunc verſ. & an fructus rerum mobilium ſeque moventium qui intra annum ad reſtitutionem dotis conceſſum percipiuntur, mulieri ſint reſtituendi, vide Ant. Merend. *controv. jur. lib.* 2. *cap.* 42. Anſ. 55 De dotis fructibus, penſionibus, uſuris, operis, quæſtu civilium annonarum & ſimilibus. 56 Uxor heres inſtituta a marito legatis onerata, ante omnia dotem deducit, de reſiduo vero ſolvit legata deducta Falcidia. 57 Partus dotalium ancillarum inæſtimatarum dotis ſunt portio. *l.* 10. §. 2. *l.* 69. *in fin. ff. de jure dot.* 58 Fœtus dotalium jumentorum ſunt mariti, *ut hic. & l.* 10. §. 3. *ff. de jure dot.* Partus ancillarum dotalium, non ſunt. *verſ. itaque.* C. *h. t.* cur tam varie? partus ancillæ non eſt in fructu. *l.* 1. *ff. de uſur.* 59 Fructus rerum non æſtimatarum percepti, anno diremptí matrimonii, pro rata dividuntur inter maritum & uxorem, ejusque heredes, *l.* 7. §. 1. *l.* 11. *ff. ſolut. matrim.* vid. Cujacium 14. *obſerv.* 22. 60 Æſtimatio, quaſi emptio, *l.* 1. *ff. de æſtimatoria.* Ideo fundus æſtimatus proprie dotalis non eſt, ejusque omnes fructus etiam poſt divortium ad maritum pertinent: redditaque dotis æſtimatione liberatur: ejus etiam commodum, diſpendium & periculum ſuſtinet, velut dominus. 61 *l.* 10. *l.* 12. §. 1. *ff. de jure dot. d. l.* 1. 62 Finge patri tuo dotem uxoris tuæ numeratam. ut *l.* 2. C. *familiæ erciſcund.* 63 Finge patri tuo dotem nurus numeratam. ut *l.* 7. *ff. de prælegat.* 64 In familiæ paternæ erciſcundæ judicio, dotem uxoris nurusque noſtræ, præcipuam deducimus. *l.* 20. §. 2. *ff. familiæ erciſc.* vide *l.* 2. C. *familiæ erciſc.*